 ad p̄ſens q̄q; atrociffimus uideat. Et de hoc tñ iudicauere aui experimēto aſperrimos cruciatus eſſe calcu-  
 loge & ſtillicidiū ueſicæ. Proximū ſtomachi. tertiu eorū qui in capite doleant. Nō ob aliud fere morte cōſci-  
 ta græcis: & noxias herbas demōſtratas. miror æquidē. Nec uenenorū tantū: quoniā ea cōditio uitæ eſt: ut  
 mori plerūq; ēt optimi portus ſit: tradatq; Varro Seruiū Clodiū æquitē romanū magnitudine doloris in  
 podagra coactū ueneno crura perunxiſſe: & poſtea caruiſſe ſenſu oī æque q̄ dolore in ea parte corporis. Sed  
 quæ fuit uenia monſtrandi: qua mentes ſoluerētur: Parrus eliderentur: multaq; ſimilia: Ego nec abortiua  
 dico. Ac ne amatoria quidem nemoro. Lucillum imperatorem clariffimū amatorio periſſe. Nec alia ma-  
 gica portenta: niſi ubi cauenda ſunt aut coarguenda in primis fide eorum damnata. Satis operæ fuit abun-  
 deq; præſtitum uitæ ſalutares dixiſſe: ac poſtea inuenta.

De moly: & dodecatheo: & pæonia uel pentorobo: uel glycyſide: & panace uel aſclepio: & heracleo pana-  
 ce: chironio: & panace centaureo: uel pharnaceo: & heracleo ſiderio: & hyoſcyamo: uel apollinari ſiue alter-  
 cangeno. CA. IIII.

**M**audatiſſima herbaq; eſt Homero teſte: quā uocari ab diis putat moly. Aſt iuentionē eius Mer-  
 assignat. Cōtraq; ſūma ueneficia demōſtrat. Naſci eā hodie circa pheneū & i cyllene arcadiæ tra-  
 dūt. Specie illa homerica radice rotūda nigraq; magnitudie cepæ folio ſcyllæ: eſſodi at difficul-  
 ter. Græci auctores florē eius luteū pinxere: cū Homerus cādīdū ſcripſerit. Inueni e peritis herba  
 rū medicis: q̄ & in italia naſci eā diceret: aſſeriq; cāpania mihi aliquot diebus eſſoſſam iter difficultates ſaxe  
 as radice. xxx. pedes lōgæ. Ac ne ſic qdē ſolidæ: ſed abruptæ. Ab ea maxia auctoritas herbae eſt: quā dodeca-  
 theon uocat: oīum deoꝝ maiēſtatē cōmēdantes. In aqua potā oībus morbis mederi tradūt. Folia eius ſeptē  
 lactucis ſimillima exeunt: a lutea radice. Vetuſtiſſima iuentu pæonia eſt: Nomēq; auctoris retinet. Quā qui  
 dā pentorobon appellat: alii glycyſidē. Hæc quoq; difficultas eſt: q̄ eadē aliter alibi nūcupat. Naſcit opacis  
 mōribus caule iter folia digitoz q̄ttuor ferēte in cacumine ueluti græcas nuce q̄ttuor aut qnq;. In eſt iis ſe-  
 men copioſum: rubrū: nigrūq;. Hæc medet & fauoz in q̄te ludibriis. Præcipiunt eruere noctu: qm̄ ſi pi-  
 cus martius uideat: ruēdo in oculos iperū faciat. Panaces ipſo noīe oīum morboꝝ remedia p̄mittit nume-  
 roſum & diis inuētoribus adſcriptū. Vnū q̄ppe aſclepion cognominat: qm̄ is filiam panaciā appellauit. Suc-  
 cus eius eſt coactus: ſerulæ qualē diximus. Radix eſt multi corticis & falſi. Hæc euulſa ſcrobē repleri uario  
 genere frugū religio eſt: ac terræ piamētū. Vbi: & quonā fieret mō: & q̄le maxia p̄baretur: iter pegrina do-  
 cuimus. Id qdē macedonia aſſert: bucolicon uocat: armērariis ſpōte erūpentē ſuccū excipiētibz: hoc celer-  
 rime euaneſcit. Et in aliis aut generibus iprobat maxia nigrū ac molle. Id enī argumentū eſt cæra adulte-  
 rati. Alteꝝ genus heracleon uocat: & ab Hercule inuentū tradūt. Alii organū heracleoticū ſilueſtre: qm̄ eſt  
 origano ſimile: radice iutili. De origano diximus. Tertiu panaces chironion cognominat ab inuētoꝝ. Fo-  
 lium eius lappato ſimile: maius tamē & hirsutius. Flos aureus: radix parua. Naſcit pinguibz locis. Huius  
 flos efficaciffimus eoq; amplius q̄ ſupradicta p̄deſt. Quartū genus panaces ab eodē Chirone repertū cetau-  
 rion cognominat. Sed & pharnaceon in cōtrouerſia inuentionis a pharnace rege deductū. Seritur hoc lōgio  
 ribz q̄ cætera foliis: & ferratis. Radix odorata in umbra ſiccā: uinoq; gratiā adiicit: Huius genera duo fe-  
 cere: alterū leuioris foli: alterū tenuioris. Heracleon ſiderion & ipſum ab Hercule inuentū eſt: caule tenui  
 digitorū q̄ttuor altitudine. Flore puniceo: foliis coriandri. Iuxta lacus & amnes inuenit. Oiaq; uulnera fer-  
 ro illata efficaciffime ſanat. Eſt Chironis inuentū ampelos q̄ uocat chironia: de q̄ diximus inter uites. Sicuti  
 de herba cuius iuentio assignat mineruæ. Herculi quoq; eā adſcribūt: quæ apollinaris: apud arabas altercū  
 ſiue altercāgenū: apud græcos uero hyoſcyamos appellat. Plura eius ḡna. Vnū nigro ſemie foliis p̄ene pur-  
 pureis ſpinofū. Talis naſcit in gallacia. Vulgare at cādidius ē & fruticosus: altius papauere. Tertiu ſemē irio-  
 nis ſemini ſimile: & oia iſaniā gignentia: capitifq; uertigines. Quartū genus molle: lanudinoſum pinguius  
 cæteris. Candidi ſeminis: in maritimis naſcens: hoc recepere medici. Itē ruſſi ſeminis nōnunq; ante cādīdū  
 ruſcicit: ſi nō e maturuit: iprobatuq;. Et aliogn nullū: niſi cū inauerit legitur: natura uini. lōq; mentē ca-  
 putq; inſeſtās. Uſus ſeminis & p̄ ſe & ſucco exp̄ſſo. Exprimit ſeparatim: & caulibus foliifq; utunt & radice:  
 temeraria in totū (ut arbitror) medicina. Quippe ēt foliis cōſtat mentē corrūpi: ſi plura q̄ quattuor bibant.  
 Etiā antiqui in uino febrē depelli arbitrabant. Et oleum fit ex ſemine: ut diximus: qd̄ ipſum auribus infu-  
 ſum tentat mētem: mireq; contra uenenum remedia prodidere iis: qui id bibiſſent: & ipſum pro remediis  
 adeo nullo omnia experiendi ſine: ut cogereſſent etiam uenena prodeſſe.

De linozote: pthenio: hermupoa: ſiue potius mercuriali: & achillea: & panace: heraclea: ſideriti: millefo-  
 lio: & de ſcopa regia: & hermīeo: teucrio: ſplēio: de melāpodio: ſiue helleboro: quotue eoz ḡna: & de nigro  
 helleboro: & albo medicina: & q̄n def: & q̄uo ſumēdū: & q̄bus nō dādū: & q̄ mures necet. CA. V.

**L**inozotis ſiue parthenion a Mercurio iuentus eſt: iō apud græcos hermupoa multi uocat. Eam  
 apud nos oēs me curialē. Duo eius genera: maſculus & ſoemina quæ efficacior: caule cubitali iter-  
 dum ramoſo in cacumie: ocimo anguſtioribus foliis: geniculis denſis: alarum cauis multis: ſemi-  
 ne in geniculis dependente: ſoeminae copioſo: mari iuxta genicula ſtanti rariore ac breui: contor-  
 toq;. ſoeminae ſoluto & candido. Folia maribus nigriora: ſoeminis candidiora: radix ſuperuacua: p̄tenuis.  
 Naſcuntur in campeſtribz cultis. Mirum eſt quod de utroque eorum genere proditur. Ut mares gignan-  
 tur hunc facere: ut ſoeminae: illam. Hoc contingere ſi a conceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo: edan-  
 turue folia decocta ex oleo & ſale: uel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in nouo ſictili cum helio-  
 tropio: & duabus aut tribus ſpicis donec decoquatur. Decoctum dari iubent: & herbam ipſam in cibo

Vel uſi

Prima

Vel flori-  
 bus  
 Vi eryſi-  
 mi  
 Vellini

*Spigelia  
 ſua s  
 Linnæus*

altero die purgationi: mulieribus per triduum: quarto die a balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus in mulieru usu prædicauit illas. Easq ad hunc modum adhuc medicorū nemo nouit. Ille eas uuluae cum melle uel rosaceo uel lilino: uel irino admouit: itenr ad ciendos menses secundasq. Hoc idem præstare potu foruq dixit. Instillauit auribus surdis succū inunxitq cum uino uetere. Aluo folia imposuit: epiphoris: straguria: & uesicæ. Decoctū eius dedit cum myrrha & thure. Aluo quidē soluendæ: uel in febrī decoquarū. quantū manus capiat in duobus sextariis aquæ ad dimidias bibitur sale & melle admixto: necnon cū unguis suis: aut gallinaceo decoctū salubrius. Purgationis causa putauere aliqui utranq dandam: siue cū malua decoctum. Thoracem purgat. Bilem detrahunt. Sed stomachū lædunt. Reliquos usus dicemus suis locis. Inuenit & achilleon Achilles discipulus Chironis: qua uulneribus mederet: quæ ob id achilleos uocatur. Hac sanasse Thelephum dicit. Alii primū eruginem inuenisse utilissimā emplastris: ideoq depingitur ex cuspide decutiens eam gladio in uulnus Thelephi. Alii utroq usum medicamento uolunt. Aliq & hanc panacem heracleon: alii sideritē. Hanc apud nos millefoliā uocant cubitali scapo ranosam: minutioribus q scenicali foliis uestitam ab imo: Alii fatent quidē illā uulneribus utilē: sed uerā achilleon eē scapo cæruleo pedali: sine ramis ex oī parte singulis foliis rotundis elegāter uestitā. Alii quadrato caule: capitibus marrubii folio quercus. Hanc etiā præcisos neruos glutinare faciunt. Alii sideriten in maceris nascentē cum teritur fœdi odoris. Etiānum aliam similem huic: sed candidioribus foliis & pinguioribus tenuioribus cauliculis in uineis nascentē. Aliam uerō binum cubitorū ramulis exilibus triangulis: folio filicis: pediculo longo: betæ femine: oēs uulneribus præcipuas. Nri eam quæ est latissimo folio: scopam regiam uocant. Medet anginis suū. Inuenit & teucer eadem ætate teucrion: quā quidā Hemionion uocant: spargentē iuncos tenues: folia curua asperis locis nascentē: austero sapore: nunq florentē. Neq semen gignit. Medetur lyeenibus. Cōstatq sic inuentam: cum exta super eam picta essent: fertur adhæsisse lyeeni: eumq exinanisse. Ob id a quibusdā splenion uocatur. Narrant sues qui radicē eius edunt: sine splene inueniri. Quidā ramis hysopi furculosam folio fabæ. Eodem noie appellant: & colligi florentē adhuc iubent adeo florere non dubitant: maximæq ex ciliciis & pysidiæ mōtibus laudant. Melampodis fama diuinationis artibus nota est. Ab hoc appellatur unū hellebori genus melampodion. Aliqui pastore eodem noie inuenisse tradunt: capras purgari pastore illo aduertēte: datoq lacte eaz: sanasse prætidias furentes. Quāobrem de oībus eius generibus dici simul cōuenit. Prima duo sunt candidū ac nigrū. Hoc radicibus tantū intelligi tradunt pleriq. Alii folia nigri platanī similia: sed minora nigrioraq: & pluribus diuisuris scissa. Albi betæ incipientis. Hæc quoq nigriora & canaliū dorso rubescencia. Vtraq caule palmi ferulaceo bulbosq tunicis conuoluto radice fibrata ceparum mō. Nigro: equi: boues: sues necantur. Itaq cauent id cū candido uescantur. Tempestiuū esse tradunt messi

Vel gnū  
Vel her  
mineū  
Vei pua

Vel cala  
mi



rata igni: ut calore quoque profint. Et condilomatibus cum rosaceo. Item ambustis durata in aqua mox in pruna putaminibus exustis tum lutea ex rosaceo illinuntur. Fiunt & tota lutea: quæ uocant Sittista: cum tri- duo incubata tolluntur. Stomachum dissolutum confirmant pulli ouorum cum gallæ dimidio: ita ut ne ante duas horas alius cibus sumatur. Dant & dysentericis pullos in ipso ouo decoctos ammixta uini austeri hemina: & pari modo olei polentæ. Membrana putaminis detracta siue crudo siue decocto: labiorum fissuris medetur. Putaminis cinis in uino potus sanguinis eruptiōibus. Comburi sine membrana oportet. Sic fit & dentifricium. Idem cinis & mulierum menses cum myrrha illitus sistit. Firmitas putaminum tanta est: ut recta nec ui nec pondere ullo frangantur: nec nisi paululum in flexa rotunditate. Tota oua adruant partum cum ruta & anetho & cymino pota ex uino. Scabiem corporum ac pruritus oleo & cedria mixtis tollunt. Ulcera quoque humida in capite cyclamino ammixta. Ad puris & sanguinis excreationes ouum crudum cum porri sectiui succo: pari mensura mellis græci calefactum hauritur. Dantur & tussientibus cocta & trita cum melle: & cruda cum passo oleique pari modo. Infunduntur & uirilitalis uitiis singula cum ternis passii amylique semuncia a balneis. Aduersus ictus serpentium cocta tritaque adiecto nasturtio illinuntur. Cibos quot modis iuuent: notum est: cum transmittat faucium tumorem calfactusq; obiter foueant. Nullus est alius cibus qui in ægritudine alat: neque oneret. Simulque uini usum & cibi habeat. Maceratorum in aceto molliri diximus putamen. Talibus cum farina in pane subactis: coeliaci recreantur. Quidam ita resoluta in patinis torreri putant. Quo genere non aluos tantum sed & menses fœminarum sistunt: aut si maior sit impetus cruda cum farina ex aqua hauriuntur. Et per se lutea ex iis decocta rursus in aceto donec indurescant. Iterumque cum trito pipere torrentur ad coibendas aluos. Fit & dysentericis remedium singulare ouo effuso in fictili nouo eiusdemque oui mensura ut paria sint omnia melle mixto mox aceto. Item oleo confusis crebroque permixtis. Quo fuerint ea excellentiora: hoc presentaneum remedium erit. Alii eadem mensura pro oleo & aceto resinam adiciunt rubentem uiuumque: & alio modo temperant olei tantum mensura pari pineique corticis duabus sexagesimis denariorum. Vna eius quod rhus diximus mellis obolis quinque simul decoctis ita ut cibus alius post quattuor horas sumatur. Torminibus quoque multi medentur oua bina cum alis piscis quattuor una atterendo uinique hemina calfaciendo atque ita potui dando. Et ne quid desit ouorum gratiæ: candidum ex iis admixtum calci uiuæ glutinat uitri fragmenta. Vis uero tanta est ut lignum perfusum ouo non ardeat. Ac ne uestis quidem contacta aduratur. De gallinarum autem ouis tantum locuti sumus: cum & reliquarum alitum restant magnæ utilitates sicut suis dicemus locis. Præterea est ouorum genus in magna gallinarum fama omissum a græcis. Angues ea (numerus est ouorum) conuoluti saluiis faucium corporumque spumis: artifice complexu glomerantur: anguinum appellatur. Druidæ sibilis id dicunt in sublime iactari: sagogque oportere intercipi: ne tellurem attingat. Profugere raptore æquo. Serpentes enim insequi: donec arceantur amnis alicuius interuentu. Experimentum eius esse si contra aquas fluiter: uel auro cinctum. Atque (ut est magorum solertia occultandis fraudibus sagax) certa luna capiendum censent tanquam construere operationem eam serpentium humani sit arbitrii. Vidi æquidem id ouum mali orbiculatim modici magnitudine. Crusta carthilaginis uelut acetabulis brachiorum polypi crebris: insignem druidis. At uictorias litium: ac regum aditus maxime laudatur. Tantæ uanitatis ut habentem id in lite in sinu æquitem romanum euocatum a Diuo Claudio principe interemptum non ob aliud sciam. Hic tamē complexus anguium & efferatorum concordia cā uidetur esse: quare exteræ gentes caduceum in pacis argumētis circūdata effigie anguium fecerint. Neque enim cristatos esse in caduceo mos est: de anserum ouis magnæ utilitatis. Ipsique anseri dicturi hoc uolumine debemus honorem: & comagenorum clarissimæ rei. Fit ex adipe anserum. Alioquin celeberrimi usus est. Ad hoc in comagene syriæ cum cinnamo casia: pipere albo: herba quæ comagene uocatur: obrutis niue uasis: odore iucundo: utilissimam ad perfrictiones: conuulsiones: cæcos ac subditos dolores: omniaque quæ acopis curantur. Unguentum que pariter & medicamentum est. Fit & in syria alio modo. Adipe autem curato (ut diximus) additis erysiceptro xylobalsamo phœnice elata: ite calamo singulorum pondere qui sit adipis cum uino bis aut ter subferuefactis. Fit autem hyeme: quoniam æstate non glaciatur nisi accepta cæra. Multa præterea remedia sunt ex anseris: quod miror æque in coruis. Namque anser coruusque ab æstate in autumnum morbo conflictari dicuntur. De anserum honore quem meruere gallorum in capitolium ascensu deprehensio: diximus.

Remedia de cane: & ex animalibus quæ placita non sunt: sed fera: & ex uolucris: & contra morsus phalangiorum.

CA. III.

**A**dem de causa supplicia annua canes pēdunt inter ædē iuuentutis & sūmanii uiui in furcas fambucea arbore fixi. Sed plura de hoc aiali dici cogunt prisceque mores. Catulos lactentes adeo pueros existimabant ad cibum: ut etiam placidis numinibus hostiarum uice uterentur iis. Genito matris catulo res diuina fit: & in cœnis deorum etiam ponitur. Catulina adicialibus quidem epulis celebrem fuisse. Plauti fabulæ sunt indicio. Sanguine canino contra toxica nihil præstātius putatur. Voluntates quoque hoc animal monstrasse uidetur. Et alios usus ex eo mire laudatos referemus suis locis. Nunc ad statutum ordinem pergemus. aduersus serpentium ictus efficacia habentur simum pecudis recēs in uino decoctum illitum. Mures dissecti & impositi quorum natura non est spernenda præcipue in ascensu syderum ut diximus: cum lumine lunæ fibrarum numero crescente atque decrescere. Tradunt magi iocineris muris dato porcis in fico sequi dantem id animal. In homine quoque similiter ualere: sed resoluti cyatho olei potu. Mustellæ duo genera. Alterum siluestre. Distant magnitudine. Græci uocant ictides. Harum fel contra aspides dicitur efficax: cætero uenenum. Hæc autem quæ in domibus nostris oberrat: & catulos suos (ut auctor est Cicero) quotidie transfert: mutatque sedem: serpentes prosequitur. Ex ea inueterata sale denarii pondus in cyathis tri-

Vel con-  
gruere  
ouatio-  
nem eā

causa non est bella

5. ch. 7. 155. 1837. 4

	1619
	1213
sub	0406
Ad	1619

17

Nº 11.

Novemb. Camb. 1711

Item quidam Kalas Giruz. ff. 12

f

Ultimo Vrannuamur vidua halia  
 pro viduice Rakouckie, hoiobam  
 bil Slavil v Reklab, i plarufi ono  
 Rakouckie on de bil Slavil, niny  
 dana. puzou pro nis vkrana,  
 hualuq, nuztra. ff. 12. To bil  
 Reklab, bil ne kakou Gredet  
 lupual.

memorick

székben rajon is hívót akirút Tullent  
székben kijelenté oltani való vérfűhet kórtor. Prudas  
martonnal

Jn. Kollacshu koponache Kruske

Bednec' bram potol' ebe drancos tul gepornos

igen nagy Puchich es santonac szoloknel lehet oltani

Prasich / Puchich nevű pölömben egy fonal

tugya kaidu fstonar, es orban gintke

pedromei pölö mellett nap kelet fele egy pölöbe igen

nagy teleltő kórtueli: tuzia Aidu ts: Lanos. Barbo

es Zaborph

Gufuch uramnal segletes almak Spanior

megyet, edes apyo kórtuely, ismeg orig,

icb, gorpodphu Kruske

Star: fanos tuzya felete beekke

~~chöe~~ chöe Ju pölöt

Harz inas tuzya felete muskatar

pölöt Marplug bar.

Edes Almak phledar alot.

221-D-21.  
136

Tebeok Miklosal De Kleinben  
Bissalmak

Berdas Maston kotoi: kardu is tuu olon  
P. Martimeroe: hegg bent tuskon. Gorn. kugaban  
Dabelee polgarnal nagg pilun uan. Tard

66




# LE RIVOLVTIONI DI CATALOGNA

Diuise in quattro Libri,

DESCRITTI DA LVCA ASSARINO,

Doue pienamente si narrano le origini, e le cagioni di tutte le  
turbulenze in quella Prouincia succedute dal principio del  
regnare di FILIPPO Quarto Monarca delle Spagne,  
la deditione de' Catalani al Rè Christianissimo,  
& altri successi di quella Prouincia  
fino all' Anno 1642.

*Con un'essatta notitia non solo del Gouverno, ma anche del sito  
e delle qualità di quel Paese.*



---

In Bologna, per Giacomo Monti. 1648. *Con licenza de' Superiori.*  
Ad istanza di Carlo Zenero.

Io amo chi mi fuge  
E regno ogni or chi fuge  
E chi mi uede il mio non uede  
Tal de miei amanti e la morte  
Pulcherrimo amore  
Che mi disfa il core  
On che giustizia fai che sempre moro  
Tu e bellezza immortale in te adora



NOVA  
DE MACHINIS  
PHILOSOPHIA

In qua, Paralogismis Antiquæ detectis,  
explicantur Machinarum vires

Vnico Principio, singulis immediato

*Collegij Gymnasij Typis*  
A V T H O R E  
*pro. seu Carol. in scriptis Leo. Z.*  
NICOLAO ZUCCHIO PARMENSI  
SOCIETATIS IESV

Olim Professore Mathematicæ

In Collegio Romano. *N. 1650.*

Accessit exclusio vacui contra noua experimenta,  
contra vires Machinarum.

Promotio Philosophiæ Magneticæ  
Ex ea nouum argumentum contra systema Pythagoricum.

*Initium Operis Proposita distinctius exhibet,  
Errata, suis locis asterisco notata, corrigit.*



R O M A E,  
Typis Hæredum Manelphij. M. DC. XXXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

*Domo N. P. Jean. Bue. Hen. Prouinc. Aufus.*





descripta fortuna folio 117. et sequ.

Fama	129
presagium	136
disprety	138
armis species	140
Ordinaria	142
pramie	142
castigo	144
venegoria	144
exeritu	145
parimonia militar	144
familiarita	151
taliquenita	154
providencia	155
curionita	162
fationi	170
forterea	170
Ecato milit	176
transfuga	178
liniphina	181
linuitta de comando	182
emulatione	182
Exempi	147
Segretera	203
deuastatio	205
legatio	205

fortification

Fuga

3. 2. 6. 2.

227

Hippolytus, as Magna hanc Acasus hinc hinc hinc

108 Q. HORATII FLACCI

Frigora mitescunt Zephyris: ver<sup>4</sup> proterit aestas,  
Interitura: simul

10

Pomifer autumnus fruges effuderit, & mox  
Bruma recurrit iners.

Damna tamen celeres reparant caelestia Luna:

Nos ubi decidimus, Rom. hinc hinc. 3az unde

Quo pius Aeneas, quo Tullus dives, & Ancus,  
Pulvis, & umbra sumus.

15

QUI scit, an adiciat hodierna crastina summe  
Tempora Di Superi?

15

Cuncta manus avidas fugient heredis, amico  
Que dederis animo.

20

Cum semel occideris, & de te splendida Minos  
Fecerit arbitria:

Non Torquate genus, non te facundia, non te  
Restituet pietas.

20

Infernis neque enim tenebris Diana pudicum

Liberat Hippolytum: Thracia

25

Nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro  
Vincula Peirithoo.

25

AD MARCIUM CENSORINUM.

Ode VIII. ἐγκωμιαστικὴ.

Nihil esse carminibus potentius ad sempiternam sui  
nominis memoriam posteris prodendam, atque ab  
obliuione hominum vindicandam.

30

DONAREM pateras, grataq; commodus  
Censorine meis era sodalibus:

Donarem tripodas, premia fortium

Graiorum: neque tu pessima munerum

Ferres, diuite me scilicet artium,

Quas aut Parrhasius protulit, aut Scopas,

3

His



6. SOPR' BONA, NIHIL QUIT

sese receperant plures numero essent, quam praesidiarii, à quodam Andrea cogno-  
 mento Pilato, Lupi Sempceii ministro, qui forte eo profugerat, persuasi, cōtra vo-  
 luntatem reliquorum militum, arcem hostibus tradiderūt. Et quum ob nauatam  
 operam, praemia & libertatem ac munera à Turcis expectarent, omnes extemplo  
 trucidati fuere, cōseruatis militibus, ac postea pecunia se redimentibus. Nec mul-  
 to post, quum Vlamanes & Malchus Ianiceros Buda missos in castra recepissent,  
 Mons Claudius, quem nostri Monoilonem vocant, arx haud procul ab Iuanicia  
 disita, quae exiguo Petri Erdodii praesidio tenebatur, subitario incursum & irrupcio-  
 ne capta est: ita ut non parum terroris Chasmæ & Dombroñi Simonis Episcopi ar-  
 cibus, ob vicinitatem hostium inferretur. qui tamen non multo post, annis mor-  
 bisq; grauatus, è viuis excessit, eiusq; sacerdotium, quod felicioribus temporibus,  
 admodum opulentum erat, Ferdinandus Nicolao Olaho, suo Cancellario, qui è  
 Belgio ab Maria Regina, paulo ante redierat, liberaliter donauit. Sed Vlamanes &  
 Malchus, captis arcibus praesidio firmatis, fortunam vltius tentandam arbitrati,  
 itinere inter Crisium, & Iuaniciam facto, eam regionem prouinciæ Varasdiensis,  
 quae inter montes sita, ac vsque ad Somfeduaram exposita, Sagoria appellatur,  
 crudeliter populari, ferroq; & igne vastare constituerunt. Quod quum Nicolaus  
 Comes Zrinius, Illyrici prorex, ac Georgius Bildenstanius Germanus, qui Stiria &  
 Carinthia copias praerant, ab idoneis exploratoribus didicissent, contracta & ipsi  
 valida equitum manu, firmisq; peditū cohortibus, obuiam hostibus eundum, col-  
 latisq; signis defendendam prouinciam susceperunt. Cum autem antecedentium  
 Turcarum agmina Crisium praetergressa, è siluis continuis ad Conscam seu Selnicie  
 arcis planiciem, quamquam non satis latam, aut spaciosam peruenissent, Zrinianę  
 ac Bildenstaniarum copiarum, eis apparere cæperunt. quas cum hostes vidissent, voci-  
 ferari & proclamare, petereq; ut indictis momentaneis induciis ex vtraq; acie con-  
 spicui, & promptissimi militum infestis hastis sub publica fide concurrerent. Erat  
 è ducibus Paulus Ratcaius, qui tale consilium damnaret, & sicut erat, fraudem, do-  
 lumq; subesse praediceret. id enim à Turcis non aliam ob causam peti videbatur,  
 quā ut copiarum vniuersarum, quae in densioribus vastisq; siluis, lento gradu aduentabant,  
 ad praecedentes suorum turmas peruenirent, ac in nostros toto virium robore, signa  
 inferrent. Dum in hunc modum concurrentibus nostris & Turcis, hastae ad ducen-  
 tarum numerum, aduersis pectoribus franguntur, ac nonnullis fauciatis, ceteri in-  
 curiosius, quam res posceret, agitant, Vlamanes primo è silua cū suis prodit, ac in  
 ducias effluxisse, fidemq; publicam desuisse proclamat, & in nostros, solutis ordini-  
 bus dispersos, omnibus copiis irrumpit. Nostri singulari animorum praesentia, cum  
 eis pugnam ineunt, pedites è nemore sclopetis rem gerere iubent. Sed Malchi super-  
 uentu, quum metu percussis pedites terga vertissent, equitibus quoq; repente ani-  
 mus concidit. Zrinius & Ratcaius eos retentare conati, frustra operam perdunt.  
 Bildenstanius quoq; aliquamdiu Germanos pugnam sustentantes animare conten-  
 dens postremo à Turcis acriter instatibus funditur, & pedites quidem nostri, saltibus  
 & montibus protecti hostium insequentium impetum vitauere. equites quum fuga  
 haud quicquam proficerent, equis desilientes, exemplo cohortium in proximas  
 siluas sese pedibus proripuerunt. Zrinius praestantissimo vectus equo, quem Marcaf-  
 sum vocabat, cum diu restitisset, & suorum fugam sistere vellet, equo vulnerato, ad  
 Conscam vicinam profugere coactus est. Et quum equus eius à Turcis insequen-  
 tibus, alterum vulnus profundum circa ilia hastae cuspide illatum suscepisset, eoq;  
 magis debilitatus, supra arcis pontem concidisset, pedibus euadens in arcem rece-  
 ptus est. Bildenstanius iam iam ab hostibus capiendus, relicto equo, in fossam arcis  
 praesaltam insiluit, parumq; aberat, quin miserabili casu aquis immersus interiret:  
 nisi Stephanus Baletitius, qui nandi peritus vna insiluerat, non ferens virum insi-  
 gnem, ducemq; suum tam fœda & indigna morte extingui, opem oportune attulisset,  
 cum-

Qua ab agre-  
 stibus turpi-  
 ter Turcis pro-  
 dita est.

Mons Clau-  
 dius ab iis  
 captus.

Simonis Epi-  
 scopi Zagra-  
 biensis obitu-

Nico. Olahus  
 in locum eius  
 successit.

Zrinius & Bil-  
 denstanius co-  
 pia à Turcis  
 concisa.

Nandi  
 Baletitius ha-  
 uisus  
 hoga à  
 Nandi

cum  
 pro  
 men  
 Tab  
 ta p  
 pro  
 gere  
 rum  
 itate  
 o cia a  
 naco  
 su cū  
 cum  
 erat i  
 istud  
 Salca  
 Nam  
 suffo  
 etem  
 o mini  
 mo f  
 q; cra  
 cidat  
 dam  
 no, v  
 de ho  
 anim  
 Turc  
 neret  
 reb. ac  
 Balas  
 torun  
 ftes p  
 gendi  
 Gado  
 etiam  
 catus  
 ret ma  
 lomae  
 4 Turca  
 erat, p  
 ginta  
 stim e  
 de sue  
 est ei  
 hoste  
 eurfi  
 ca o  
 dat,  
 se quu  
 sequ

iamiam exequi properaret, Stephanum Bathorium Somlianum, qui multa prece  
 pro ~~causa~~ laborauerat, in forum misit, & is de noxa eorum, & læsæ Maie-  
 statis crimine pauca præfatus, solui eos nomine principis & dimitti iussit. Con-  
 spirationis huius haud ignarum aut immunem fuisse Gabrielem Mailatum, Ste-  
 phani illius, qui fraude captus Byzantii in carcere interierat, filium plerique tra-  
 didere, & principem ambiguo rumore inquirendo abstinuisse: aut illum con-  
 tempisse. Nec multo post comitium frequentius ad Sespergum Saxonum oppi-  
 dum, quod ab Vngaris Segesuarum vocatur, indixit, in quo publicis totius pro-  
 uinciæ decretis, Siculi ob continuas rebelliones libertatem amiserunt, vna tan-  
 10 tum ex septem, regione excepta, quæ se cæterarum malesanis consiliis nequa-  
 quam immiscuerat. Eam ipsi Sedem Auream vocant. Cæteræ, ex ædificatis  
 duabus in earum medio arcibus, quibus veluti frænis, & retinaculis contineren-  
 tur, ad operas & alia præstanda ministeria, & pecuniam contribuendam coacti  
 fuere: quum antea multis retroactis sæculis, eiusmodi oneribus soluti, instar  
 Heluetiorum, æquali omnes libertate fruerentur, nec nisi ad equestris ordinis  
 duntaxat militiæ munia capitatum censerentur. Pro qua quidem ignominia  
 delenda, postea quoque variis & cruentis seditionibus tumultuatum est: qui-  
 bus modo anceps & incerta libertas recuperata est, modo graue ceruicibus iu-  
 gum & vix tolerabilem seruitutem subierunt. Dum hæc ab Cæsarianis & Turcis  
 20 in Vngaria ac Transsilvania, alternante belli & victoriæ vices fortuna geruntur:  
 instituta Maximiliani in Regno Bohemiæ coronatio ad XV. Calendas Octo-  
 bris, incredibili patris Ferdinandi lætitia & voluptate ad exoptatum finem perdu-  
 cta est. Quam exornauere iuuentutis & Nobilitatis Vngariæ equites circiter  
 quadringenti, armis, viris, equis & splendidissimo apparatu instructi: quibus Io-  
 hannes Petco præerat. Sed præ aliis iucundum exterorum oculis spectaculum  
 præbuit ornatissima equestris ala Georgii Comitis Zriniani, quem Nicolaus Pa-  
 tertum primum ex ephebis excedentem eo miserat: quam octo Cameli, totidem  
 seruis Æthiopibus sessoribus, claudebant: barbarico cultu & habitu, ac candido,  
 & rotundo capitis è gossipio tegumento conspicuis; quos à Mahumete Iahiole  
 30 Quinque ecclesiensis vrbis præfecto dono acceperat. Ferdinandus tamen è Bo-  
 hemia in Germaniam discessurus, equites Vngaros liberaliter habitos & stipen-  
 diis donatos in patriam remisit: quum Iohanni Peteoni & Simoni Forgacio bona  
 Isbudiana, quæ circa Cassouiam paulo ante in fiscum redacta erant, dono dedisset.  
 Itum deinde est ad finem Octobris Mensis Francofurtum Mæno flumini adia-  
 cens oppidum, eligendis Imperatoribus antiquitus dicatum: ad quem locum  
 principes Electores conuocandos curauerat. Interea Augerius Busbequius, qui  
 iam Byzantii octennium fere tractandæ pacis causa transfegerat, ea certis condi-  
 tionibus impetrata, Viennam rediit, relicto ibi Alberto de Wiis. qui vicem ordi-  
 narii Oratoris fungeretur, is etiam Sapidus vocabatur, eratque patria Amorfor-  
 40 tensis. Adiunxerant ei purpurati ex Sulimani voluntate Ibrahimum Dragoma-  
 num, hoc est, interpretem, natione Polonum, nec Germanicæ linguæ ignarum,  
 qui antea Gallici legati Lauinii calumniis loco motus, quum aliquamdiu priua-  
 tam vitam duxisset, Augerio procurante, dignitati officioq; fuerat restitutus. Ob-  
 tinuerat etiam Augerius industria diligentiaq; sua, qua purpuratorum animos sibi  
 deuinxerat, aulæq; artes diuturno studio, & longa ibi mansione solerter didicerat  
 Aluarum Sandæum, Sancium Leuam, & Gabrielem Requesenium Hispanos du-  
 ces, qui in Meninge insula, ad Africæ Syrtes à Turcis capti erant, Sulimano eos li-  
 beraliter gratisque Ferdinando mittente: quos neq; Gallici legati Lauinius, & post  
 hunc Saluiatus, impense pro illis laborantes, liberare potuissent. Cæterum is de  
 50 suo & Ibraimi aduentu Ferdinandum certiore reddidit, qui quidem primo con-  
 sultius sibi videri respondit, vt Ibrahimus & Turcæ Viennæ reditum suum expecta-  
 rent.

Mailatus hu-  
 ius conspira-  
 tionis suspe-  
 ctus habetur.

Siculi omnes,  
 vna excepta  
 Aurea sede,  
 libertate spo-  
 liantur.

Duæque arces  
 in coercendus  
 extruuntur.

Maximiliani  
 in Regem Vn-  
 garie inau-  
 guratio,  
 Anno 1562.

*Handwritten note:*  
 13 maj 1562  
 kuzob...  
 m...  
 ...  
 ...

Maximilia-  
 nus Franco-  
 furtum con-  
 tendit.

Busbequius,  
 inducis im-  
 petratis Vieni-  
 nam adue-  
 nit.

Relicto By-  
 zantii Al-  
 berto Vuisio:

Ibrahimus  
 Dragomanus  
 & nonnulli  
 Hispani Du-  
 ces cum Bus-  
 bequio ve-  
 niunt.

Sulimanni  
morbus &  
dicitur.

Sulimani, ci-  
tatu itinere  
bus, paterno  
causis ad  
Valerianum  
obitum pre-  
dit.

Hoffutotus  
absque vilo  
responsa ad  
Caesarem  
Scipio de-  
mittitur.

Tahius Cani-  
sa à Caesare  
praeficitur.

Ut Sigetha-  
na erupit  
nes prohibeat.

Kepleuitius

Tahius Janosius  
Sulimanni  
Karl János

Kepleuitius

Turca nostros  
in insidias pel-  
lectos cadunt.  
Kepleuitius  
perit.

stituisse. Sighetum autem curae & fidei Scanderagae tuendum commisit, qui multis retroactis annis, Soclosinam praefecturam summa fide gesserat. Extinctus est Sulimanus, cum vitiatum cruris doloribus, ob quos etiam vivens pallido semper ac decolore vultu fuit; tum ventris profluvio, ex nimio autumnalium fructuum esu, contracto, quum nondum sexagesimum sextum aetatis annum complevisset, ac circiter quadraginta sex annis sceptratenuisset. Post eius obitum, Selimus paterno imperio potitus, magna promissa Ianiceris & Spahoglanis, qui sunt praetoriani equites, summa pecuniae, XXVII. die Septembris Constantinopoli discedens, magnis itineribus Albam Graecam primo, mox Valconarum, usque, ad Danubii ripam situm oppidum contendit; ibique obviam exercitum, & funus paternum tradente Mehemete, in manus & potestatem accepit: deinde eodem quo venerat itinere, reversus est Byzantium, exercitu subsequi iussu; ut quae ad paterni funeris executionem pompamque spectarent, impensas se praesente curarentur. quo quum pervenisset, Georgium Hoffutotium, quem initio belli ad Sulimanum à Caesare missum fuisse docuimus, absque vilo responso dimisit, retento Alberto de Viso ordinario legato, illique haud procul ultra Adrianopolim exanimis Sulimanus tanti nominis & claritudinis imperator, quadringentis plus minus equitibus comitatus, curruque agresti Bulgarico, & discoloribus equis vectus, obviam adductus haud leue rerum humanarum inconstantiae ac volubilitatis exemplum praebuit. At Caesar, priusquam ex castris abiret, ut erupturis ex Sigetho hostibus obicem opponeret, utili consilio necessarioque Franciscum Tahium, virum militiae clarum & indultum Canisam cum mille equitibus, ac totidem peditibus dimisit; cumque arx ea Vrsulae Canisae; Nadasdui Palatini viduae iuris esset, permutatione cum illa facta, traditoque ei Borsino nostro canobio, illam munire imprimis, eiusque praesidiis, defensionem Pannoniae simul & Illyrici intentos fore iussit. Suscepit curam libens Tahius, & abierte cum eo complures clari nominis praefecti & centuriones, Petrus Quegleuitius, Petri senioris filius, qui erat Caesaris praegustator & dapifer, gigante fere proceritatis, sed singularis elegantiae & virtutis iuuenis, ideoque omnibus, ipsique imprimis Caesari charus, ac Matthaeus eius frater, Iohannes Alapianus cum Gaspare filio, nuper clade Sigethana capto, liberatoque. Franciscus Gestius, Georgius Palaticus, compluresque alii. Tahius etiam Gasparis Bothi arcem Canisae ad vnius stadii iter vicinam, quae Sancti Georgii vocatur, pro specula muniuit, atque turmam centenariam equitum, cum totidem peditibus pro custodia attribuit.

Sed quum arcem Berzentiam à Clemente Maio vacuum relictam, quae amplius quadraginta dies habitatoribus caruerat, incertum, quibus de causis occupare neglexisset, Turcae priores eam ingressi munierunt, praesidioque firmarunt; acciditque paulo post, graui nostrorum infortunio atque incommodo, ut absente Tahio, hostes ex ea magno numero excurrentes ad Rechem pagum propinquum insidias collocarent, nostrosque incautos ad eas refugiendo pertraherent, atroxque & cruentum praelium cum nostris contraherent; In quo praelio Petrus Quegleuitius, in quem vnum omnes Turcae animos atque arma obuenterant, summo cum omnium dolore fuit interfectus.

Nec multo post, nocte intempesta, Gasparem quoque Bothum in sua Sancti Georgii specula inuaserunt, ac vallum, quod arcis ipsius muro coniunctum erat, captum expugnarunt, abductisque ex eo equis & militum suppellectili, ac aliquot captiuis, succenderunt. Bothus tamen, vti erat egregia virtute iuuenis, arcem quamquam serio & magnis viribus ab hostibus oppugnatam fortiter seruauit. Eodem itineris cursu Turcae ignari Tahium reuertisse, oppidum Canisianum, recens vallo è roboribus factum constructum, nec tamen argilla paleis de

ticeps, & multi incruentati fuerunt: adeo imparibus viribus certatum est. Caput  
 Aurspergi præcisum, cum captiuis aliquot, ac signis, à Ferhate Byzantium mis-  
 sum est, & filio eius ac cæteris, qui in manus hostium inciderant; post longi tem-  
 poris moram, multo auri pondere libertas reddita est. Nec Ferhati absque vilo  
 profus detrimento victoria constitit, cum multos ex suis, præcipui hominis vi-  
 ros, aut interfectos amisisset, aut captos & abductos desiderasset. Inter quos fuit  
 Regessus Celebinus, quo nomine à Turcis adolescentes nobili genere progeni-  
 ti vocantur, cognomento Vrasitius, ab Antonio Gerecio equitum præfecto,  
 manu captus. qui postea Matthæo Quegleuitio venditus, ac ab eo variis modis  
 10 excruciatu, in vinculis & carcere vitam finiuit. Interfecto Aurspergo, Ferhates,  
 nostris duce orbatis, nullam motam aut ocium dandum ratus, Businum Que-  
 gleuiti arcem, in qua præsidium viginti quinque peditum inerat, ac Czasiu,  
 qua ad ius dicionem Episcopi Tininiensis pertinebat, ad mero tormento-  
 rum terrore, ac præsidariis diffugientibus, obtinuit: ac emissis, qui Colapianos  
 vrendo populandoque vastarent, Castellum Sraciciam, quod speculæ instar ad  
 Colapis ripam, è materia ac roboribus contextis erat extructum, igne coniecto  
 concremanit. Deinde cum nemo adhuc in locum Aurspergi suffectus esset, &  
 improspeto eius casu omnes veluti attoniti confusique animis nutare videren-  
 tur, modica suis quiete data, Zrinium arcem, Comitum Zrinianorum domici-  
 20 lium, à qua veluti natali solo, ipsi cognomen ducunt, ad motis tormentis expu-  
 gnauit. Erat illa duplex, & muro duplici cincta; ita vt si propugnatores ido-  
 neos & fortes nacta esset, facile seruari potuisset. Verum Petrus Camenianus,  
 imbellis peditum, qui locum custodiebant, præfectus, vix expectatis aliquot fer-  
 reatibus pilarum ictibus, subito pauore percussus, accepta à Ferhate fide, arcem  
 decidit. Quæ ei more Turcico ita seruata est, vt captiuus in Bosnam abducere-  
 tur, ibique amutuo tempore seruatus, tandem incertum an non ex composito  
 dimissus libertati restitueretur. Quum de his aduersus fas & fædera insolentissi-  
 me ac iniquissime actis legatus Cæsaris Prainerius Byzantii apud purpuratos,  
 grauius questus esset, non aliud ab elatis, multoque aridentis fortunæ succes-  
 30 su intractabilibus responsi accepit; quam nostros priores bellum intulisse;  
 suos illarum sustinuisse, fortunamque melioribus affuisse. His profecto tan-  
 tisque cladibus, tanta vastitas, stragesque edita est, vt ab eo tempore in Illyrico,  
 necdum spe aut resurgendi facultate oblata, plurimi incolarum, qui superfue-  
 re, in varias Austriæ Pannoniæque partes, tædio præsentium, aut futurorum me-  
 tu, desertis sedibus migrasse conspiciantur.

At Cæsar interea, dum hæc improspere geruntur, Pragæ Rudolpho filio  
 Bohemici regni, scepra coronamque, assentientibus populis & ordinibus, de  
 manu tradidit: illincque Ratisbonam ad frequens Germaniæ concilium profe-  
 ctus, eundem sibi consortem Romani imperii, & successorem à septemviris ele-  
 40 ctoribus, declarandum, singulari & rara felicitate curauit: iis legibus, vt ipso  
 vita functo, non aliis comitiis expectatis, Rudolphus pro Romanorum Cæsa-  
 re & imperatore ab omnibus agnosceretur; ac instar maiorum, omnia ei obse-  
 quii fideique munia præstarentur: fuitque valde memorandum, atque omnino  
 admirabile, ex vna eademque Augusta Austriæ familia septem Cæsares, nun-  
 quam intercisâ serie, ad summum rerum fastigium euectos esse; perinde ac si il-  
 lud decus, non electorum summæ amplitudinis suffragiis, sed hæreditarii iuris  
 successione parari consueuisset. Nec prætermittæ à Cæsare fuerit cærimoniarum &  
 spectaculorum, quæcunque in eiusmodi pompis fieri consueuerunt; theatrales lu-  
 di, choreæque omnis generis, ac conuiuia notabili sumptu, ac epularum variè-  
 50 tate & copia, inter raris ac inuisitata. in queis cum piscis è gobiorum fluuii-  
 tium genere appositus esset, ac structor à Cæsare interrogatus, viginti  
 aureis

*Ferhates hæc victoria clau-*

*Castella illa que, diffugi-entibus no- stri, obtinet,*

*In quibus & Zrinium.*

*Absens fuit Zrinium*

*Prainerius legatus inanis apud purpuratos, hæc dicitur quærela.*

*Rudolphus in Ratisbona Concilio illi- gatur Rex Romanus*



inuadendos esse, cumq; iis ferro decernendū. Sed aliis subinde exploratoribus ad-  
 uenientibus, & hostes nostrorū aduentu cognito, retro ad Vaciam celsisse, referen-  
 tibus, ab incepto destitere: ac sequenti die structis ordinibus, ac explicatis vexillis,  
 tormentisq; sequentibus, sub meridiei tēpus, quo Turcarum sacerdotibus mos est  
 conscensis turribus alta voce suos ad preces conuocare, in conspectum Nogradi  
 petuentum est. Ea arx dicionis olim Episcopi Vacienſis, rupi non admodum e-  
 ditæ imposita est, auorumque nostrorum memoria, magno Nicolai Bathorii Va-  
 cienſis Episcopi studio, multis ædificiis ac elegantibus, opere Iacobi Tragurini  
 architecti & statuarii restaurata fuit: habetque ab occidente sole vastissimas sil-  
 uas quæ Filecum & Diosgiorium versus longe lateque protenduntur, ac ad meri-  
 diem Danubium & Vaciam duobus distant miliaribus: ad Solis vero ortum col-  
 les sunt & vineta minime alto vertice; è quibus haud irrito labore tormentis peti  
 potest. Habet etiam circumcirca fossam XXX. pedes profundam latamq;, in ipsa  
 rupe, magno ut apparet labore & sumptu, eiusdem Bathorii antistitis, excisam,  
 cum puteo haud minoris laboris & impendii, ac turrim in medio erectam, qui-  
 bus ipsius nomen & gentilia trium lupinorum dentium insignia exsculpta ad-  
 huc extare videntur. Hanc autem veteris ædificii molem Turcæ, erectis forinse-  
 cus duplicis & valde crassi valli cratibus, iisque roboribus confibularis, ac cespri-  
 te repletis, ad propugnaculorum formam longe firmiorem reddiderant. Præ-  
 rat ei Mehemetes Niger, è Pheris Theſſaliæ vrbe oriundus, ideoque Carapheris  
 cognominatus, cum octingentis circiter Turcis, qui ad primum exercitus con-  
 spectum, oppidum arci subiectum non contemnendæ amplitudinis ac firmitatis  
 iniecto igne funditus concremarunt; simul cum horreis & frugibus, ac fæni, stra-  
 minisque cumulis, quos foris congesserant, tanta vi & sæuitia, ut etiam in hortos  
 eorumque sèpimenta & arbores fructiferas, ne nostris vsui esse possent, excinden-  
 das, barbara feritate debaccharentur: interimque nostros castra & tentoria col-  
 locantes, assiduīs tormentorum ictibus, nec tamen notabili aliquo detrimento,  
 infestare non desinerent. Sub vesperum eius diei, sole nondum occidente, Leo  
 Gallus, cum tormentis & eorum apparatu aduentauit, lentiori ob itineris difficul-  
 tates factō progressu, ac tormenta in eo colle, quem ex aduerso arcis ad orientalem  
 plagam eminere diximus, collocauit; ac tria maiora, quæ viginti aut triginta  
 pondo ferream pilam euomebant, in arcem salutandis veluti hostibus exone-  
 rari iussit; & hostes pariter ex arce responderunt. Eadem nocte aggeres fieri,  
 & corbes terra ac cespri celeriter repleti, ac tormentis inter eas collocatis ar-  
 cem verberari iussit: ita ut die quoque toto insequenti & nocte, nulla in con-  
 cutiendis mænibus intermissio fieri videretur. At Turcæ, qui ea temporis & an-  
 ni asperitate, nostros nequaquam bellum moturos existimassent, ideoque ad de-  
 fendenda mænia arcemq; minus parati esse viderentur, ad obstruendam cespitibus  
 & materia portam, ac ad attrahenda idoneis in locis tormenta sese conuerterunt,  
 tanto silentio operi intenti, ut & tormenta displodere in obsidentes & excubito-  
 res, sublato, ut moris est clamore, obire vigilias prohiberent: adeo ut multi eos  
 relictæ arce diffugisse existimarent. Verum perfecto opere, ad mænia tutanda re-  
 uersi, expansis per ca, ac turrim, ac propugnacula, multis vexillis, sese ad defensio-  
 nem compararunt, ut se nequaquam terros esse, nec de salute & victoria de-  
 sperasse demonstrarent. Itaque magnam in nostros pilarum maiorū minorumq;  
 procellam diffuderunt. Palſſius nullam eis quietem dandam ratus, operas, quarū  
 haud contemnendum numerū è montanis ciuitatibus acciuerat, quæ effodiendo-  
 rum varii generis metallorū apprime gnaræ esse solent, ad faciundos sub exteriori  
 vallo cuniculos, quod è crassissimis roboribus contextum erat, subire murū iubet,  
 iisque mille, aut paulo plures pedites, quorum dimidia pars ex Vngaris cōstabat, re-  
 liquū è Curtii & Galli legionibus selectū erat, attribuit, qui eos ab iniuria hostiū,  
 si forte

Nogradi de-  
scriptio.

Supra m-  
iudicio.  
Mole arboris  
Dns Dnter.

periti quibus amplius diruendi muri viderentur, quum nondum XV. passibus latior aditus esset patefactus. Itaque Matthia principe suorum ducum consiliis nequaquam reluctantem, octingenti fere milites Germani à legione Curciana deliguntur, qui murum dirutum subeant; iique explicatis signis magno animo ad irruendum procurrerunt: ducibus se eis præbentibus Palfio & Nadaudio, ac Comaroniensi præfecto Praunio, & ipso Curcio, aliisque paucis Vngaris. Datum enim hoc fuit honoris & existimationis genus exterarum nationum militibus, quasi Vngaris parcendo, ut primæ oppugnationis qualemcunque euentum ipsi periclitarentur. Sed quum ex aduerso Turcarum promptissimi quique, ad duorum millium numerum, pro ruinis in acie constitissent, nostri vix subire quidem muros ausi, amissis plus minus ducentis, è sociorum numero, retrocedere coacti fuere: Palfiusque & cæteri, qui prodierant inter pilas volitantes, & tædas ac tubos fictiles sulphure & pice repletos ardentisque, non sine vitæ periculo versati, post monumentum quoddam lapideum sese reduxere, quo in conatu Valentino Balassio, impigro iuueni, ac Martis simul & Palladis cultori vtrumque femur glande plumbea traiectum est; quo vulnere, quamquam intactis ossibus inflicto, paucos post dies interiit. Eandem fortunam subiit Curcius quoque tribunus, crassiore sclopeto vulneratus, ac Balassium eodem fato iisdem in castris sequutus est. Vulnerati etiam sagittis & glandibus ac puluere sulphureo vstulati militum complures. Nec hostibus incruenta pugna fuit; siquidem in ea Caralibegus Albanensis, dum suos cohortaretur, glande per frontem traiectus, in vestigio concidit, exanimisque in arcem à suis relatus est. Postridie cum tormentis maioribus nunquam cessaretur, oppugnatio iterum & tertio repetita est. Sed irritò ubique conatu. quum enim nostri mania conscendere conarentur, & signifer cohortis Sombergianæ vexillum magno ausu supra rudera sustulisset, ac socios, ut sequerentur, intrepide moneret, maioris colubrinæ pila alterum pedem ictus atque discerptus est, & lociorum ad mille desiderati. Multi etiam ex hostibus eminus icti occubuerunt: inter quos Isacus præsidii præfectus è nostrorum aggeribus maiori tormento in dextro humero fauciatus, eadem nocte expirauit: ac vtriusque ducis cadauera noctis silentio nauigiis imposita, Budam non sine publico luctu delata, ibique honorificentissime tumulata sunt. Quamquam autem nostri aliquot præliis cum cæde repulsi, ac multis millibus sociorum amissis, ingenti detrimento affecti essent, necdum tamen animo penitus frangi videbantur: & ab ducibus Palfioque imprimis, ut militaris constantiæ memores esse velent, & commilitonum cædem vltum ire properarent, ac spe prædæ, quam amplissimam & opulentissimam, capta arce, adepturi essent, ne à repetenda oppugnatione deterrerentur, appositis verbis sustentabantur. Hunc in modum animati, quum ad XXII. diem mensis Maii, ad Aquariæ vrbis angularem turrin rotundam, cuius pars humotenus ferme diruta erat, validissimo facto impetu iterum irrupissent, Ianicerorum tamen validis cohortibus sese opponentibus, & subeuntes glandium procella sternentibus, plurimis amissis, pedem retulerunt. Quo in irriti conatus feruore supra cæteros aut cadentes, aut vulneribus debilitatos, Gallus quoque tribunus, & tormentis præfectus, vulnus accepit, & ex hostibus ac Ianiceris plures trecentis desiderati sunt: ita ut iam tot oppugnationibus fortiter exantlatis, defensores quoque ad exiguum numerum reducti esse viderentur; Cui tamen defectui breui prouisum est. nam decimo post die, quingenti Ianicere biremibus vecti, duce Annuano Belgradiensi præfecto, qui duobus nuper interfectis succederet, apud quem laus seruatae arcis mansit, clara diei luce, Parcanum appulerunt, ac eadem nocte in minorem urbem recepti sunt. quod ex vexillorum colore animaduersum fuit: quæ cum antea in puppibus biremium conspecta essent, orto sole per muros explicata à nostris

*Aquarium oppidum frustra tentatum.*

*Liberty's Balassio & Lassi Curtius dunt. Balint*

*Cavalibegus occumbit.*

*Impressiones nostrorum iterum repulsa.*

*Isacus præfectus arcis extinguitur.*

*Quingenti Ianicere, duce Annuano, arcis præsidio veniunt.*

Animalium  
foedissimum.

absurde ob oris et linguae longitudinem, animal inerme,  
et iniuriae obnoxium. Sed absurdissimum animal omni-  
um, quod et foedissimum, iuxta Cumanam occidentalis In-  
diae inuenitur, facie turpissima, uulpis forma, pilo lupi sca-  
biosi, foetidissimum, et quod uiperas egerit, sed quae parum e-  
gestae uiuant: cum monachi beati Dominici unum ex his nu-  
trirent, odoris pertesi interfecerunt. Afferunt et ibi esse  
quam hienam uocant, quae homines deuorat: plorat ut in-  
fans nocte, longiusque auditur: cane maior non est uena-  
tico: uesciturque aiotochtli, de quo infra dicemus.

Animalia com-  
munia.

Ouium Indi-  
carum quatuor  
genera.

Videtur autem ouis omni regioni magis conuenire, et  
plures habere differentias, uelut equus, bos, canis, et ho-  
mo. In Peru regione, quod calida sit, oues ad asellorum  
magnitudinem crescunt, longis cruribus, crasso corpore,  
caput longum, collum et effigies quasi cameli, caro op-  
tima, agnorum maxime: castrati aratrum ducunt ac fe-  
runt, ferunt et ligna: non clamant, nec molesti sunt: sunt al-  
bi, nigri, et cinerei coloris. Ex hoc etiam genere sunt quas  
uocant guanacas, magnae sunt, et ueloces cursu, per mon-  
tesque gradiuntur gregatim. Vicuniae quoque oues sunt mi-  
niores precedentibus, sed syluestres, leues admodum et  
quae saltant: harum uellus pretiosissimum est: carnes ha-  
rum ambarum meliores sunt carnibus ouium, nec imme-  
rito: cum sint exercitiores et humidae, ut contra siccae,  
cicures et pingues. Est et quartum genus minimum, pa-  
cos nomine, ualde lanatum et turpe, quarum agni opti-  
mi sunt.

Sus mirae ma-  
gnitudinis.

In nostra regione sues magis ouibus crescunt, quod  
sint calidiores, adeo ut unus ad DLXXX libras peruene-  
rit, dumque ueheretur in curru cum alijs tribus, suffocatus  
est. Dum uero suspensus et adhuc calidus aperiretur, a-

xungia